HENRICI AGYLÆI AD EA, QVAE IN NOVELLIS IV-

ſtiniani conſtitutionibus ius ciui-
le attingunt, liber ſingularis, ad cle-
mentiſsimũ maximumq́; Prin-
cipem Philippum, Hiſpa-
niarum, Angliæ, &c.
Regem inuictiſ-
ſimum.

COLONIAE
Apud hæredes Arnoldi Birck-
manni, Anno 1558.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CLEMENTISSIMO MAXIMOQVE PRINCIPI

Philippo, Hiſpaniarum, Angliæ, &c.
Regi inuictiſsimo, Henricus Agylæus S. D.

PRæclarum diuinumq́; optime maxime Princeps, ac ſempiternis laudibus celebrandum facinus Iuſtiniani Imperatoris, qui quod Cæſari quidē deſtinatum modò, ac propter difficultatem fortaſſe intentatū fuiſſet: reliquis autē ante ſe Principibus deſperatum etiam viſum eſſet: in eo tamen nullis nec laboribus nec ſumptibus pepercerit, donec quod vellet, omnino tandem aſſecutus eſſet. Præſertim verò, cùm in eam rē diligentia illa atq; opera depēſa collocataq́; ſit, qua ſecundū res cæleſtes, cùm rectè cōſtituta eſt, humano generi conuenientius nihil, neq; præ-

ſtantius

HENRICI AGYLAEI AD EA, QVAE IN NOVELLIS IVSTINIANI CONSTITVTIONIBVS IVS CIuile attingunt, liber ſingularis.

CONST. I.

VNum præfati: aliunde hic Falcidiam inauctam eſſe, qua in re vetus nobis translatio aſtipulatur, idq́; incogitanter ac imperitè factum eſſe, cùm augmētum eius non etiam ad hæredes extraneos pertinere intelligi poßit: de quibus ſolis agi, ubi repertorio non facto Falcidiæ beneficium amitti, ac à teſtatore adimi poſſe dicitur, certa firmaq́; ratio eſt: telam exordiemur, atq; hanc conſtitutionem bipertitò ſub legis forma in compendium redigemus: Ex Nou[...] 1.

HAEREDES, legatarij, fideicommiſſarij, quibúſue mortis cauſſa quid datur, ſi cùm ipſis teſtator faciendū quid dandúmue iniuxerit, quod quidem aduerſus leges bonóſue mores nō ſit, à iudice moniti iuſ-